

natio^{a)} ecclesiarum per alios quidem quam per ecclesiasticos uiros aliquo modo agatur. Nulli enim |^{b)} [ecclesi]as disponere licet nisi illis dumtaxat | [quibus officium] dominice curationis incum|bit et [qui] in dominicam sunt sortem uocati.^{c)} | [Inde] est quod auctoritate apostolica prohibemus, ne regi uestro | uel alicui persone laice de regno episcopatus, abbatias uel ecclesias liceat aliqua ratione donare. Verumtamen in electionibus faciendis regium assensum inquiri et indulgeri minime prohibemus. Ceterum si qua talis donatio facta fuerit, firmitatis robur non habeat, set irrita potius penitus reputetur. Dat.^{d)} Beneuent. XV kal. ian.

10.

Brit. Mus. Cott. Ditellius E XIII fol. 272b.

(Benevent 1169) De3. 10.

Alexander III. Trundensi archiepiscopo, apostolice sedis legato, et eius suffraganeis.

[§ 1] Quoniam ad audientiam nostram peruenit, quod pauce prebendales ecclesie in partibus uestris existant, auctoritate nostra duximus statuendum, ut nulli liceat in ecclesiis uobis subiectis plures ecclesias habere, dummodo una talis fuerit, quod eius beneficii unius honeste sustentationi una cum patrimonio suo, si quod habet, sufficere possit. |^{e)} [§ 2. Statuimus in]super, ut si aliquis de clero | [ecclesiam] aliquam dimisit, nullo sibi iure, , [sicut] prius eam habuit, in posterum uale|[at uendi]care. Verumtamen si uxor ad religi|[onem] tra]nsierit aut de medio fuerit sub|[lata, et] ille, ad cuius donationem pretaxata | [specta]t ecclesia, ipsam uacantem^{f)} uel aliam | [illi]^{g)}, qui matrimonium contraxit, iam caste et convenienter^{h)} uiuenti rationabiliter conferre uoluerit, id fieri nullatenus prohibemus. [§ 3] Quod si aliquis ecclesiam uel ecclesiasticum beneficium ex dono laici suscipere presumpserit uel ceca ductus ambitione per uolenti[am] laicalem optinere temptauerit, eodem omni excusatione et appellatione cessante per diocesanum episcopum uel metropolitanum priuari preci-

^{a)} ordinē.

^{b)} fol. 269a.

^{c)} uocate.

^{d)} Dant.

^{e)} fol. 272c

^{f)} uacantum.

^{g)} oder clerico.

^{h)} statt continenter?